

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0256
	0254
	0260
	0250
	0265
	0245
	0305
Translatio autem illa imperii a Gracis in Germanos facta est anno Domini 776. Regnante autem Carolo audita fuit Jerosolymis fama virtutis ejus, unde patriarcha Jerosolymitanus pro benedictione in signum subjectionis ei misit claves sepulchri dominici et loci Calvariae et portarum civitatis et montis cum vexillo, ut habet chronic. Anton. P. II. Tit. 14. c. 4. §. 2.	0205
Non longe post haec insurrexerunt pagani contra patriarcham Jerosolymitanum Johannem eumque de civitate expulerunt cum suis clericis, qui emigrans Constantinopolin venit, imperatorem constantinopolitanum invocavit pro auxilio. Cumque imperator sollicitus esset de hac re, visio in somnis sibi apparuit, per quam instructus fuit, quod non ipse, sed Carolus Magnus liberaturus esset Jerusalem, et dominicum sepulchrum (B) Christianis restituturus. Imperator ergo Constantinus misit per sancti sepulchri clericos claves et litteras Carolo Magno angustias dominici sepulchri et Christianorum continentibus, quas ut legit, lachrimatus est. Mox autem collecto grandi exercitu Teutonicorum et Francorum mare cum transduxit et civitatem sanctam de manibus gentium eripuit et dominicum sepulchrum Christianis resignavit et pacem inter Christianos et paganos fecit tantam, quantam numquam legimus habuisse. Non enim paganos occidit, nec eos de Jerusalem expulit, sed certis pactis cum Christianis concordavit. Dicitur autem tanta pax inter eos fuisse multis annis, ut si alicui vianti in via bestia defecisset, depositis sarcinis in terram missi ad villam proximam pro alia bestia nullum damnum nec rapinam nec furtum relictae res passae fuisserent etc. Pace ergo sic refecta et ecclesia Jerosolymitana ordinata illustrissimus Carolus ad sua regrediens venit Constantinopolin, ubi et magnifice susceptus fuit.	0355
In praemium autem laborum obtulerunt ei munera pretiosissima, aurum, argentum et lapides pretiosos et alia concupisabilia, quae omnia respuit, dicens, esse indecens, munus accipere pro labore, quem pro solius Dei sui susceperebat amore. Adjuratus autem aliquod munus accipere, postulavit sibi dari reliquias. Unde apertis thecis dederunt sibi spinas de corona Domini, clavum unum sanctae crucis et partem	0155
	0755
	Ende
	Anfang